



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. clxxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De sacerdotibus, qui res suas Ecclesie relinquunt.

Cap. CLXXVII.

Ex eodē
concil. 5.
cap. 69.

Consensus totius concilii definiuit, vt sacerdotes, aut res suas Ecclesie relinquunt, aut nihil habent aliqua tamen pradia, aut familias Ecclesiis suis committunt. Liceat illis aliquos de familiis eiusdem Ecclesie committere, iuxta rei collatae modum, quem antiqui canones decreuerunt, ita vt cum peculio & posteritate sui ingenui sunt, sub patrocinio Ecclesie maneant, vtiliter iniunctas sibi iuxta quod potuerint prosequentes.

Vt presbyteri rem Ecclesie vendere non praesumant.

Capit. CLXXVIII.

Ex concil.
Cartha-
gi. ca. 33.

ITEM placuit, vt presbyteri non vendant rem Ecclesie, vbi sunt constituti, nescientibus episcopis suis, modo & episcopis, non liceat vendere pradia Ecclesie ignorante concilio, vel presbyteris suis. Non habent ergo necessitate, nec episcopo liceat matricis Ecclesie, vel presbytero rem tituli sui usurpare.

Vt nullus ordinatus de ministerijs Ecclesie aliquid vendere praesumat. Cap. CLXXIX.

Ex concil.
braggar.
cap. 30.

Si quis presbyter aut diaconus inuentus fuerit de eorum ministerijs Ecclesie aliquid venundasse, quia sacrilegi commisit, placuit eum in ordinatione Ecclesie non haberi. In iudicio tamen episcopi dimittendum, siue dignus siue indignus in suo recipi gradu.

De presbyteris qui de iure tituli sui aliquid distrahunt.

Cap. CLXXX.

Ex eodē,
cap. 31.

Quicumque presbyter de iure tituli sui quolibet modo aurum, argentum, vel gemmas, vestes quoque sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta diuina, aliquid in perpetuum alienare tetrauerit, deceptor, alienator, ac venditor, honoris sui amissione multabitur.

De eadem re. Cap. CLXXXI.

Ex eodē,
cap. 32.

Si quis episcopus nulla ecclesiasticae rationis necessitate compulsus, in suo clero, aut vbi forte non est presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid praesumpserit vendere, ipsas Ecclesie propriae restaurare cogatur, & in iudicio episcoporum deiciatur auditus, & tanquam furci aut patrocinii reus suo priuetur honore.